



**Baldvini Cabilliavi E Soc. Iesv Magdalena**

**Cabilliau, Baudouin**

**Antwerpen, 1625**

IV. Magdalenae suspiria, vt mundo eripiatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70461](#)

O diem ! diem beatum !  
 Quale parturit venustus  
 Ros decus meo roseto !  
 Quale præmium dolori !  
 Vnda iugis, vnda dulcis,  
 Vnda lenis adnatas.

## I V.

MAGDALENÆ *suspīria*, ut  
*mundo eripiatur.*

**M**EAE deliciæ, mei furores,  
 Risus, blanditiæ, facetiæque,  
 Lusus, illecebræ, ioci, susurri,  
 Arguti gemitus, leues amores,  
 Et suspīria, lacrymæ, facesque,  
 Ludi, vina, sales, procacitares,  
 Chori thyrſigeri, Cupidinesque,  
 Sirenes, Veneres, mei dolores;  
 Ac Comi, malè feriata turba;  
 Ac quantum Cypridi est faui merique,  
 Vale, & Cypri vale: vale doloso  
 Mundo quidquid inest ineptiarum,  
 Et quidquid nitet elegantiarum,  
 Et quidquid sonat hie facciarum,  
 Seu picta id gena, siue picta lingua est.  
 Et quantum est genij beatioris,  
 Et quantum fatui natat leporis,  
 Quod fallacibus ebriat venenis  
 Cor iam corde carens, cor vtero sum,  
 Vale perpetuum; simulque salve  
 Iucundum scelus, & scelestus error,

G. 3;

Atque

diem!

Atque in Morboniam procul facesse.  
 At tu simplicitas, pudor, dolorque,  
 Castimonia, veritas, timorque,  
 Temperantia, charitas, inodusque,  
 Et secura quies, Amorque castus,  
 Et quidquid pia corda, seu medullas,  
 Diuum nectareo rigat Lyao,  
 Adsis ô precor anxiæ clienti.  
 Me, me terque quaterque, septiesque,  
 Milliesque, vel amplius reuinctam,  
 Heu! blandis furor illigat periclis:  
 Et neandum nimis ah! nimis tenacis  
 Mundi dulcibus eripis catenis,  
 Et tam dulcè furentibus tyrannis  
 Oppressam toties, morisque iussam,  
 Aequo iure, manuque liberali,  
 Vindex afferis in tuam clientem?

## V.

MAGDALENA mundi assultum  
repellit.

**S**ED quid tristibus illigor querelis?  
**R**upta en totiuga, vincla rupta mundi:  
 Et iam vindicias suæ clienti  
 Afferit dominâ manu patronus.  
 Nequidquam, grege cum venustiore,  
 Isthuc munde redis, & hanc ad arcem  
 Appellis validis seris reuinctam.  
 Frustrà blanditiæ, dicacitates,  
 Argutatio, velitatioque  
 Hinc dicacium & hinc ineptiarum,

Hinc